DO
ROVINCIAL
39

DO
PUBLICA
IC
6

(c) 2006 Ministerio de Cultura

TOLEDO
BIBLIOTECA PROVINCIAL
Sala Reserva 1a
Número 539

(c) 2006 Ministerio de Cultura

(c) 200

INc
346

Sala Reservada – 7 – 1 –

(c) 2006 Ministerio de Cultura

(c) 2006 Ministerio de Cultura

¶ Incipit tractatus Iubilei editus ac
cōpilatus per Reuerend patrē utriꝰ
q̄ iur in orbe monarchā dn̄m Iohan
nē de anania archidia· Bononienſem
In anno domini·M·CCCC·L· preſi
dēte in apoſtolatu·domino·N·papa
quinto· quē tractatū compoſuit dū
ordinarie Bononie legebat titulū de
crimine falſi·

XTRA·GLOSAS·Et etiā
extra materiā p̄ntis et pre
cedētis ti·⁊ ſequētis·Quia
ad preſens ſumꝰ in anno Iubilei·Non
abſonū uidetur aliqua et breuiter de
iſto iubileo preferre·

¶ Et primo ſciendū eſt·q̄ de iubileo
fit mentio in ueteri teſtamēto· et po
tiſſime patet ex hiis que habentur in
libro leuitici·in·xxv·c· poſt principi
uꝫ· ubi dn̄s ī mōte Synai ad Moyſen

(c) 2006 Ministerio de Cultura

dixit Sãctificabis annũ quinquageſi
mũ· et uocabis remiſſionem cunctis
habitatoribus terre tue· ipẽ eſt enim
Iubileꝰ· Reuertet̃ homo ad poſſeſſio
nem ſuam· ⁊ unuſquiſqꝫ redeat ad fa
miliã ſuam priſtinã quia iubileus eſt
et quinquageſimus annus·
¶ Fit mẽtio de iſto iubileo ſubſtãtia
liter· vii· di· xix· autem cõſtitutionis
coniũcta glo· fi· hic ꝙ Moyſes cepit
iudicia ſua ab iſtis conſtitutionibus·
Et archidiaconꝰ ibi ſuper dicta glo·
quem ſequitur dominus Dominicus
d̃ ſancto geminia· ſpecifice allegat il
lũ tex· leuitici· dicẽs ꝙ erat annus iu
bileus in ueteri teſtamento quolibet
quinquageſimo· et tũc qui erat ſeruꝰ
efficiebat̃ liber· et carcerati liberaban
tur· pondera tamẽ ſi ille tex· probat
de carceratis·

(c) 2006 Ministerio de Cultura

¶ Fit tertio mentio de iubileo. ꝗ pe. diſ. i. circa fi. in. c. qui domū ſuam uel agrum. ubi inter alia dicitur ꝙ in iubileo plena remiſſio preſtabat. unde ꝑ euz perfecta peccati remiſſio figuratur. z glo. exponit ibi. i. a pena peccati. Eſt etiam ibi glo. i. que incipit ad euidentiam. et dicit ꝙ in anno iubilei fiebat plena reſtitutio archidiaconuſ ibi ſuꝑ uerbo iubileo. dicit ꝙ dicitur annus iubilei ideſt annus remiſſionis quia illo anno debita remittebantur et ſerui ebrey reuertebantur liberi et omnia reuertebantur ad priſtinū ſtatum. dicit etiaz archidiaconus ſuper dicta glo. in uerbo ad euidentiam. ꝙ annus iubileus ſignificat plenam remiſſionē q̄ fit in eccl'ia. et hoc ſeq̄t etiaz ibi dn̄s dn̄icus. Habet̄ etiam ibi et declarat archidiacon⁹ ꝙ ſacerdos

(c) 2006 Ministerio de Cultura

computãs tempora uſqꝫ ad annũ iu
bilei· ſignificat ſacerdoté qui tempo
re penitentie prefigit et diffinit· qui
bus peractis ſeq̃t plena remiſſio pec
catorũ Et d iſta computatõe tempo
rum uſqꝫ ad annũ iubilei· habet̃ leuiti
ci· c· ultimo circa finem et iſtud idez
in effectu· ſequit̃ ibi ſup dicta glo·
dominus Dominic⁹ de ſan·gemi·di
cens ꝙ annus iubileus ſignificat ple
naz remiſſionem peccatorum que fit
in eccleſia Et ſic ex predictis poſſet
dici ꝙ tempore compilationis decre
ti erat in eccleſia indulgentia iubilei·
cõſtat ꝙ compilatio decreti preceſſit
Bonifacium octauũ· de quo·j·dicet̃
patet ex hiis que habentur per tex·
z glo· ii· q· vi· appellatione interpoſi
ta in·§· forma appellationis hec eſt·
Et ſic patet ex predictis ꝙ iubileus

(c) 2006 Ministerio de Cultura

pōt ſic diffiniri. Iubileus eſt quedam remiſſio cunctorū in terra uiuentiū. que fit in anno quinquageſimo ꝛ pro hoc facit glo. que incipit a pena et cl̾pa in cle. ii. de pe. et remiſ. dicens ꝙ ille eſt remiſſio pleniſſima peccatorū que datur in anno centenario et illam ſecuntur. ibi omnes ſcribētes. poſſet etiā dici ꝙ Iubileus eſt animi cantus uoce quadā confuſa pregaudio que fit in āno quinquageſimo in remiſſionem cunctorū fideliū. Et hoc uidet̃ notari per id quod notat glo. relata ad tex. in uerbo iubilet. in clemen. i. de reli. et uene. ſan. que etiaꝫ dicit ꝙ Iubileus ſiue iubilus ē gaudiuꝫ quod uerbis explicari n̄ pōt q̃ſi uelit ꝙ ille q iſtū iubileū cōſeq̄ deſiderat dēt hr̄e gaudiū mētale. i. purā cōſcientiā q̄ inducit tale gaudiuꝫ qđ ꝟbis explicar̄

(c) 2006 Ministerio de Cultura

non pōt. Et conſidera quod ideo dic
tum fuit cunctoꝝ fidelium quia tex.
leui. dicit cūctis habitatoribus terre
tue. i. cūcto populo dei qui populꝰ
nos hodie ſumus. ut in. c. tranſlato.
ŝ. de conſti. et eſt ratio ſecundū glo.
ibi. quia dominus in ueteri teſtamen
to quod fuit hyrcorum et uitulorum
ſanguine dedicatum promittebat tē
poralia. In nouo uero teſtamento qđ
eſt christi ſanguine cōſecratum pro
mittit eterna. in. c. cuꝫ marthe. in. x.
ceterū de cele. miſ. Et ſic patet ex p̄
miſſis ꝙ iubileꝰ fuit inuētꝰ a deo inte
ſtamēto ueteri figuratiue. et fuit cō
ceſſū Moyſi ut talē ānū ſcificaret. Et
ꝑ hoc dat̄ intelligi ꝙ hodie a ſolo pa
pa pſeq pōt q ſucceſſit moyſi ut dicit
glo. ii. ī. fī. in. c. cāmꝑ ī. ii. q fiꝰ. ſint le.
fcit ēt qđ no. glo. ī dcō. c. trāſlato. et

hoc etiā uoluit glo· in ·d· cle· ii· đ pe·
et remiſ· que dicit ꝙ ſolus papa cōce
dit talē pleniſſimam remiſſionē· Et il
lud ſequitur ibi lappus quē refert ibi
Io· de riuo· dicens ꝙ iſtud procedit
in generali et uniuerſali remiſſione ꝑ
quaꝫ omnis ſatiſfactio remittitur· et
iſta ē illa que a ſolo papa fieri cōſue
uit· ſecus in ꝑticularibꝰ remiſſionibuſ
de quo per hoſti· in ſumma de remiſ·
in· §· ad quid ualet in· v· quid ergo ſi
papa· et· v· z hoc intelligas de parti
cularibus· In quibꝰ dicit ꝙ ſi aliquis
in tali ſtatu moritur· credendum eſt
ꝙ nunq̄ purgatorium ſentit· et ſic pa
tet ꝙ ille qui habuit indulgentiam Iu
bilei· ſi moritur in illo ſtatu euolat rec
ta uia ad paradiſum· abſq3 aliqua pe
na purgatorii Ita colligitur ex dictiſ
Hoſtien· ibi· Et ſequitur in effectu

(c) 2006 Ministerio de Cultura

dominus Flo. in. d. cle. ii. c. peni. ⁊ re
miſ. et in cle. i. de priuile. Et de pena
purgatorii. uide quod habetur. xxv
di. qui in aliuз seculi ubi dr̃ ꝙ ille qui
diſtulit fructũ penitentie in aliud ſe
culũ purgabit igne purgatorii. Qui
ignis licet nõ ſit eternus. eſt tamẽ mi
ro modo grauis adeo ꝙ ſuperat oẽз
penã quaз in hac uita homo pati poſ
ſet et dicit ibi Archidiaconus habet
ibi pro palea. tamen habetur pro nõ
palea de peni. di. vii. in. c. ult. circa fi
nem hinc autem ignis. Quare autem
et que dicantur palee. dic ut habetur
per Iohannem Andree in Speculo de
diſputationibus et allegationibus in
§. fina. ad fi. Et refert dominꝰ Iohan
nes de ymola. ff. de uerboꝝ obliga.
in rubrica poſt principiũ.
¶ Eſt etiaз ſciendũ ꝙ Sanctiſſimus

(c) 2006 Ministerio de Cultura

dominus noſter dominus Bonifacius
Papa octauus compilator Sexti libri
in quadam ſua extrauaganti que inci
pit Antiquorum habet quidē relatio
de qua facit mentionē Iohannes An
dree in dicta cle ·ii· in qua ſtatuit et
conceſſit omnibus reuerenter accedē
tibus ad Baſilicas apoſtolorum Petri
et Pauli In anno Milleſimotricenteſi
mo· Et quolibet Centeſimo anno ſe
cuturo non ſolum plenam et largio
rem ymmo pleniſſimam omnium ſuo
rum ueniam peccatorum· ſtatuēs quod
illi qui talem Indulgentiam conſequi
uoluerint·ſi fuerint romani· triginta
diebus cōtinuis uel interpellatis· Si pere
grini aut forēſes·quidecim diebus re
uerenter ad dictas Baſilicas apostolorum
Pe· et Pa· accedāt ſubdēs quod unusquisque

(c) 2006 Ministerio de Cultura

tantum plus merebitur et indulgen
tiam efficatius conſequetur qui Baſi
licas apoſtolorũ Petri et Pauli ampli
us et deuotius frequentabit. Et iſte
fuit primuſ annus Iubilei Deinde ue
nit ſanctiſſimus dominus Clemens
Papa Sextus electus in Auinione z
premiſſo ſolemni exordio attendens
ꝙ in lege moſayca quoniaz non uenit
dominus ſoluere ſed adimplere Iubi
leus remiſſionis z gaudii erat annus
quinquageſimus. ad clamorez popu
li Romani humiliter ſupplicantis et
per ſuos proprios et ſolemnes nun
tios dicentes. Aperi nobis domine
theſaurum tuum fontem aque uiue.
Conſiderans etiam ꝙ pauci propter
uite hominis breuitatem ualeant ad
annum centeſimũ peruenire predic
tam conceſſionez indulgentie ipſius

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Bonifacii ad annum. L. reduxit. Sta
tués q omnes qui in anno. M. CCC
L. Et deinceps perpetuis futuris té
poribus de quinquageſimo in quin
quageſimum annum eorundem baſi
licas ac Lateraneñ. eccleſiam deuote
uiſitauerit pleniſſimam omnium pec
catorum ſuoruz ueniam conſequant
et approbat numerũ dieruz. Et ſub
dit q illi qui iter arripiunt z legitime
impediti illo anno ad urbez perueni
re non poſſent ul' in uia uel Rome nu
mero dierum non completo deceſſe
rint eandem indulgentiam conſequá
tur. zc. Datum in Auinione ſexto kł
Februarii anno primo. Et iſte fuit ſe
cundus Iubileus. iſta aũt ſunt ultima
uerba bulle iubilei. Superuenit poſt
ea Gregorius. xi qui exiſtens in Aui
nione addédo ſtatuit q illi q pdictaz

(c) 2006 Ministerio de Cultura

indulgentiā dictis temporibus cōſe
qui uolunt debent et tenentur uiſita
re ecclesiaꝫ beate Marie maioris ſicut
ecclesias apoſtolorum Petri et Pauli
et ecclesiam Lateranē̄ Et poſt mor
tē iſtius fuit tertius Iubileus in Mille
ſimoquadringenteſimo· et tunc erat
ſciſma in eccleſia dei· Et Rome tene
bat ſedem apoſtolicam Petrꝰ de tho
macellis uocatus in ſua obedientia.
Sanctiſſimꝰ dominus noſter dominꝰ
Bonifacius papa nonus Anno uero
iſto· Milleſimoquadringēteſimo· qui
quageſimo extat dominuſ nr̄ dn̄s Ni
laus Papa q̄ntuſ q p̄miſſo ſolēni exor
dio In quo inter alia dicit ꝙ deꝰ oīpo
tens lapſi hoīſ uetuſtate nūc diluuio
nūc circūciſiōe· nūc lege nūc aliiſ atqꝫ
modis aliis r̄mediis nouiſſime ꝑ icar
nati ybi miſteriū ī meliꝰ inuocari cuiꝰ

(c) 2006 Ministerio de Cultura

aduentum illuminati non nulli ſucceſ
ſores ſancti Petri iubilei anni miſteri
um. ordinarunt innouauit et aproba
uit omnia predicta. et de uenerabili
um fratrum ſuoruꝫ ſancte Romane
eccleſie cardinalium cõcilio atqꝫ apo
ſtolice plenitudine poteſtatis ſtatuit
ꝙ oẽs uiſitantes predictas quatuor
eccleſias principales. quibuſcũqꝫ etiã
clariſſimis delictis obnoxii oĩm pccõ
rũ ſuoꝝ ueniã pleniſſimã cõſequant̃.
¶ Et ſubdit in fine ꝙ omnes prepa
rẽt corda ſua domino ꝛ mores in me
lius cõmutare conẽtur a malefactis
abſtineãt domino per penitentie do
lorem et humilitatis debitũ. gemitũ
per contriti cordis ſacrificium cooꝑ
antibus elemoſinis et aliis bonis oꝑ
bus peregrinationibus recõcilientur
ut ſanctoꝝ templa uiſitantes. quorũ

(c) 2006 Ministerio de Cultura

milia fere innumerabilia una cū glo
ſiſſimis aplis Petro et Paulo in alma
urbe requieſcūt. qui mortē xpi amorē
ꝓ peſſi eius conſpectui ſemꝑ aſſiſtūt
interceſſores hr̄e mereant̄. Datū Ro
me. zc̄. ¶ Et eſt ſciendū ꝙ prefatus
dn̄s Nicolaꝰ propter maximā multi
tudinē hominū rome cōcurrētiū mꝉ
totiēs abreuiauit tpſ. xv. dieꝝ prefa
tū. Diſtinguēdo etiā ultra mōtanos
a citra mōtanis. aliqn̄ reducendo dic
tum tp̄s ad quinqꝫ aliqn̄ ad tres z ali
qn̄ ad duoſ. Et utebat̄ iſtis uerbis cō
cedimꝰ pleniſſimā remiſſionē omniuꝫ
pccōrū et indulgentiā Iubilei Et fuit
dubitatū utrū illud uerbū et indulgē
tiā iubilei aliquid oparet̄. Et quidam
dicebāt ꝙ ſic quia opabat̄ quo ad me
ritū. Eſt etiā ſciendū ꝙ licet quelibet
orō ſit bona z cōueniat in āno iubilei

(c) 2006 Ministerio de Cultura

dumō hēat circūſtātias d̄ qb⁹ in glo·
magiſtra·in cle·i·de reli·z uene·ſan·
potiſſime· tñ oṙo dñica de q̄ hēt d̄ co
ſe·di·v·id ſp·placuit·Cōuenit etiā z
magis uidet̄ cōformis pſalm⁹ qnqua
geſim⁹ qui incipit miſerere·qa uocat̄
ille iubilei pſalmus z remiſſiōis ita di
cit· Caſſioder⁹ d̄ quo p̄s· etiā hēt de
pe·di·iii·dauid·quoqꝫ· in omnibus·
Et ideo dicit ibi btūs Hieronimus ꝙ
ille p̄s oñdit totā pñiam pccōris·Et
etiā ſciēdū ꝙ in omnib⁹ p̄dictis apl̄i
c̄ conceſſionibus dr̄ ꝙ p̄dicte indul
gētie dant̄ ſolū uere penitentibus et
cōfeſſis circa qd̄ uide glo·in uerbo
cōfeſſis·in cle·i·d̄ relig·z uene·ſan·q̄
dicit qs ē hic et laudabimus eū quaſi
uelit ꝙ modici ſunt q d̄ tali indulgen
tia ꝑticipēt·dicit ibi dñs ho·poſt gē
zellinū ꝙ neceſſariū ē ad hoc ut quis

(c) 2006 Ministerio de Cultura

poſſit tali indulgentia gaudere q̄ ſit penitēs quia nūc de9 in penitēti pce re poſſet. licet ad pn̄iaꝫ poſſit illuſtra re fcit qd h̄et in regula pcci. de re iu. in. vi. ubi inter alia dicit glo. quō gau debis te for̄ correctū niſi pri9 doleas te fore ꝑuerſum Subdit etiá ibi dn̄s flo. q̄ credit illū uere cōfeſſū q illo an no fuit cōfeſſ9 et h̄et animū cōfitēdi āno ſequēti ſcd̄m p̄ceptū iuri. de quo in. c. ois utri9 q̄ ſex9 d̄ peni. et remiſ.

¶ Eſt etiá ultio ſciendū q̄ d̄ materia indulgētiaꝝ iubilei. z etiá de aliis h̄et in. c. qd aūt. in. c. nr̄o. j. d̄ pe. z r̄miſ. et ibi h̄et qd ſit idulgētia quotuplex ſit. Quis eā cōceder̄ poſſit qſſit effec t9 indulgētie Et inter alia dubitat̄ de pluribus. ¶ Primo An indulgētia iu bilei proſit cōcedenti et illa uti poſſit Spe. in ti. de pe. et remiſ. tenet q̄ nō

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ſed Io·an·tenet ibi contrariũ·et opi·
Io·an·ſequit̃ gaſpar ⁊ Io·de cidarini
in dictis iuribus quod aut·§·nr̃o·
¶ Secũdo Vtrũ talis indulgẽtia pro
ſit mortuis·de quo dic ut hẽt·xiiii·q
ii·anime defunctoꝝ·et·c·tempus·
¶ Tertio Vtrũ proſit epiſcopo qui ſi
ne expreſſa licẽtia pape peregrinare
nõ põt. In·c·magne·ꝺ uoto·de cõſe·
di·v·nõ oportet·cõmuniter tenetur
contrarie per generalem licentiã quã
papa dat omnibꝰ in dictis bullis·
¶ Quarto Vtꝝ ꝓſit cl̃ico ſalti curatꝯ
q ſñ licentia ep̃i uadit ad iubileũ ut in
p̃cedenti·¶ Quinto an proſit monac
ho uel regulari q uadit ſine licẽtia ab
batis uel ſeniorꝝ ⁊ cõiter tenet ꝙ ſic·
¶ Sexto an proſit uxori· q̃ uadit ſiñ
licentia uiri·uel ecõtra· et cõmuniter
tenetur ꝙ licet peccent tamẽ gaudẽt

(c) 2006 Ministerio de Cultura

dicta indulgentia· uide de hoc in ·c· ex multa· de uoto in quo eſt·

¶ Septimo An proſit iniuſte retinē ti bona aliēa· ⁊ in hoc poterit diſting ui· ut hētur in ſili· c· cū tu· ꝫ· de uſuris·

¶ Octauo Vtrū proſit excōmunica tis· cōiter dr̄ ꝙ ſi ē iniuſte excōicatꝰ proſit alias ſecꝰ· facit quod habet in c· cum eterni· de re· iudi· li· vi·

¶ Nono dubitatur đ illo qui iuit uſqꝫ ad mediā uiam et nō potuit ulterius ire· et de illo qui nō compleuit nume rū dierum ſed iſta tolluntur in bulla Clementis de qua ſupra·

¶ Decimo Vtrū proſit illi q nō uadit ꝑſonaliter ſꝫ mittit aliū· Cōiter teneť ꝙ ſi ē iuſte īpeditꝰ ſibi ꝓdeſt alſ ſecꝰ

¶ Vndecimo Vtrū indulgentia pro ſit illi tantum qui dat modicum quan tum illi qui dat multum·

(c) 2006 Ministerio de Cultura

¶ Duodecimo Vtruz faciēs pluries actū reqſitū ad indulgētiā gaudeat illa indulgentia pluries · puta ſi pluries iuit romā in āno iubilei · Si pluries uiſitauit eccl'ias · z ex bulla Bonifacii octaui ꝙ plus meretur ·

¶ Decimotertio Vtrū tm̄ proſit illi q iuit equeſter ſicut illi q iuit pedeſter · et hic ſolet attendi qualitas pſone ·

¶ Vltimo Vtrū indulgētia proſit illi qui ꝑtextu indulgētie hoc ē cōfidēs indulgētia cōmiſit aliqd crimē · et cōiter tenet ꝙ n̄ · hēt etiā in dictiſ iurib⁹ q̄ reqrāt ad hoc ut indulgētia pſit · d quib⁹ in dictis iurib⁹ qd aūt · etiā · c · nr̄o · zc̄ Et hec ſuccinte ſint dicta de iubileo per Iohannē de anania · archidiaconum · Bononieñ ·

Finit tractatus Anni Iubilei ·

(c) 2006 Ministerio de Cultura

(c) 2006 Ministerio de Cultura

TOL
BIBLIOTECA
Sala
Número
TO
BIBLIOTE
Dep.
Núm.
(c) 2006 Ministerio de Cultura